

abc

19 (Annunziata, n. 593)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

abc

19 (Annunziata, n. 593)

1477 maggio 5, Ind. X, Matera

In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo septuagesimo septimo. Regnante *inclito et serenissimo domino nostro domino* Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum vero eius anno decimo nono *felicitèr amen*, mense madii, die quinto eiusdem, decime indictionis, Mathere.

Nos Iacobus Loysii de Angelis de dicta civitate Mathere ad contractus per totum dictum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate iudex, Eustasius de Danesiis, de eadem civitate Mathere, puplicus ubilibet per totum dictum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dopnus Marianus Augustini de Cassano, Gaspar de Alemo et Thomasius Loysii de Sinercha, *testes litterati subscripti et subsignati* de affata civitate Mathere *ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico instrumento fatemur, notum facimus et testamur* quod *predicto die eiusdem ibidem in nostra presentia constitutis* Antonio Donati de Rello de dicta civitate Mathere *agente pro se et suis heredibus et successoribus parte ex una* et Iacobo et Angelo, filiis *legitimis et naturalibus* quondam Iohannis de Mancino de eadem civitate Mathere *similiter agentibus pro se ipsis pro rata parte et equali portione et eorum heredibus et successoribus parte ex altera, prefatus quidem Antonius* voluntarie asseruit coram nobis se habere, tenere et possidere iusto titulo et bona fide certas griptas cum usu unius cisterne ab aqua sitas et positas in dicta civitate Mathere, intus in Saxo Barisano, in pictagio ecclesie sancti Benedicti *iuxta suos fines*; item certas arbores olivarum et amindolarum, sitas et positas in pertinentiis dicte civitatis Mathere

intus in gravina cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, secundum quod continetur in contractu facto per procuratorem monialium ecclesie sancte Marie Nove eidem Antonio, scripto per manus notarii Falcianti de Caldaronis de Gravina. Et volens idem Antonius in huiusmodi locationis contractu conditionem suam *facere meliorem quapropter coram nobis voluntarie per annos quindecim incipiendo ab anno immediate sequenti primo future undecime indictionis in antea numerando locavit et concessit et causa ipsius locationis et concessionis per fustem ut moris est dedit, tradidit et assignavit eisdem Iacobo et Angelo, fratribus et filiis dicti quondam Iohannis de Mancino, ibidem presentibus, volentibus, conducentibus, recipientibus ac sollemniter et legitime stipulantibus pro dictis annis quindecim pro se ipsis et eorum heredibus et successoribus supradictas griptas cum dicto usu aquarum dicte cisterne ab aqua et dictas arbores olivarum et amindolarum et cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et cum introitibus, exitibus accessibus et egressibus suis et cum omnibus infra se et dictos suos fines in integrum habitis et contentis omnique iure, actione, usu, requisitione seu consuetudine eisdem griptis cum dicto usu ipsius cisterne ab aqua ac dictis arboribus olivarum et amindolarum de iure spectantibus et pertinentibus quoquomodo sub annuo censu sive redditu tarenorum quindecim pecunie usualis huius regni dandorum, solvendorum, tradendorum et assignandorum per ipsos Iacobum et Angelum fratres conductores vel eorum heredes et successores pro rata parte et equali portione eidem Antonio vel eius heredibus et successoribus, anno quolibet durante dicto tempore locationis annorum quindecim de infrascriptos terminos, videlicet medietatem dicti annui census sub festo*

Nativitatis Domini nostri et reliquam medietatem dicti annui census in festo Resurrectionis dominice, incipiendo a dicto anno immediate sequenti undecime indictionis in antea numerando, ad semper habendum, tenendum, possidendum, usufruendum, donandum, vendendum, alienandum, permutandum, in dotem et nomine dotis dandum, testamentandum, legandum pro anima, indicandum et faciendum de eis et in eis et ex eis deinceps quidquid eisdem Iacobo et Angelo conductoribus aut eorum heredibus et successoribus placuerit durante dicto tempore locationis annorum quindecim velut de aliis propriis eorum bonis sine ipsius Antonii locatoris et ipsius heredum et successorum molestia, contrarietate et requisitione nullis eidem Antonio locatore aut suis heredibus et successoribus sive alicui alii in eis iure portione vel petitione quibuslibet reservatis, nisi dicto annuo censu ut superius pariter et clariter declaratur ipsosque Iacobum et Angelum conductores in vacuam et corporalem possessionem dictarum griptarum, cum dicto usu ipsius cisterne ab aqua et dictarum arborum olivarum et amidolarum et iurium omnium suorum, idem Antonius locator per fustem, ut moris est, sollemniter introduxit et investivit et constituit idem Antonius locator tenere et possidere dictas griptas cum usu ipsius cisterne ab aqua et dictas arbores olivarum et amidolarum cum iuribus omnibus suis predictis precario nomine et pro parte dictorum Iacobi et Angeli conductorum et eorum heredum et successorum, donec prefati Iacobus et Angelus conductores aut eorum heredes et successores possessionem ipsarum griptarum cum dicto usu ipsius cisterne ab aqua et dictarum arborum olivarum et amidolarum et iurium omnium suorum predictorum tempore locationis acceperint corporalem.

Quam accipiendi et ingrediendi et eorum auctoritate propria retinendi, durante dicto tempore, deinceps sine licentia curie, iussu iudicis vel decreto pretoris ex nunc idem Antonius locator contulit atque dedit plenam licentiam et omnimodum potestatem eisdem Iacobo et Angelo fratribus conductoribus, presentibus, recipientibus ac sollemniter legitime stipulantibus pro se ipsis et eorum heredibus et successoribus, et per stipulationem legitimam et sollemnem idem Antonius locator in eadem nostra presentia promisit et convenit ac proinde se heredes et successores suos et bona eorum omnia mobilia et stabilia habita et habenda presentia et futura ubicumque et penes quoscumque sistentia, eisdem Iacobo et Angelo conductoribus presentibus, et promissionem et obligationem easdem recipientibus ac sollemniter et legitime stipulantibus pro se ipsis et suis heredibus et successoribus sollemniter et legitime obligavit dictas griptas cum usu dicte cisterne ab aqua et dictus arbores olivarum et amidolarum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis predictis legitime defendere, auctorizare, disbrigare et guarentire ab omni humana persona collegio seu universitate, ius causam vel actionem habere pretendentibus vel allegantibus ipsos Iacobum et Angelum conductores aut eorum heredes et successores impetere vel molestare volentibus quoquo modo ymmo dictas locationem, omnia et singula impresenti instrumento contenta semper durante dicto tempore locationis habere ratas, gratas et firmas seu rata, grata et firma habere, tenere et inviolabiliter observare et in nullo contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto nullamque inde exceptionem opponere, publice vel occulte, in iudicio vel extra iudicium, per se, heredes et successores

suos ad penam unciarum auri quatuor medietatem videlicet ipsius pene regie curie, vel alteri curie ubi de premissis reclamatio primitus exinde facta fuerit, applicandam me prefato notario Eustasio tamquam persona publica una cum prefato iudice ipsam pene medietatem pro parte dicte curie sollemniter et legitime stipulante et reliquam ipsius pene medietatem predictis Iacobo et Angelo conductoribus vel eorum heredibus et successoribus integre persolvendam. Quam pene medietatem prefati Iacobus et Angelus fuerunt in eadem nostri presentia pro se ipsis et suis heredibus et successoribus sollemniter et legitime stipulati cum refectione expensarum, dampnorum et interesse de quibus stetur simplici verbo seu dicto ipsorum conductorum aut eorum heredum et successorum omnia alia extrinseca probatione exclusa quia sic stetit ex pacto sollemniter inter partes ipsas vallato. Quibus quidem penis expensis, dapnis et interesse solutis vel non solutis aut gratiose remissis, presens tamen publicum instrumentum cum omnibus que in se continet semper in suo robore et efficacia perseveret, ad quam predictam penam expensas, dapna et interesse dicti Iacobus et Angelus conductores in eadem nostri presentia per guadium et stipulationem legitimam et solempnem voluntarie pro rata parte et equali portione obligaverunt se suosque heredes et successores et bona eorum omnia mobilia et stabilia, habita et habenda, presentia et futura sistencia ubicumque et penes quoscumque, in manibus ipsius Antonii locatoris presentis et stipulationem et obligationem easdem recipientis ac sollemniter et legitime stipulantis pro se et suis heredibus et successoribus, dare, solvere, numerare, traddere et assignare dictum annum censum eidem Antonio vel suis

heredibus et successoribus anno quolibet durante dicto tempore locationis, ut supra dictum est et particulariter declaratum. Et certificatus prius dictus Antonius locator per me prefatum iudicem de consilio sapientis voluntarie ex certa sui scientia renuntiavit expresse exceptioni, doli, mali, vis, metus, fraudis et in factum generalis et specialis erroris exceptioni non sic celebrati contractus res alio modo geste vel aliter geste quam sit scriptum iuri scripto et non scripto iuri canonico, civili ac etiam longobardo, iuri consuetudinario, constitutionibus et capitulis, edictis et rescriptis imperialibus, factis et faciendis, legi dicenti dictas locationem et concessionem non rite et legitime factas beneficio restitutionis in integrum iuri dicenti unam penam propter aliam tolli non debere iuri per quod deceptis in contractibus subvenitur iuri dicenti penam in contractibus non apponi et appositum non exigi nec deberi iuri dicenti generalem renunciationem iurium non valere ymmo voluit eam valere tam ad specificata quam ad non specificata et non specificata pro specificatis haberi ac si omnes casus legum essent in presente instrumento specialiter numerati et expresse subintellecti et omni alii exceptioni et oppositioni iuris auxilio seu legum beneficio communi vel speciali per que vel ipsorum aliquod ipse Antonius locator vel eius heredes et successores posset seu possent venire contra predicta vel aliquod predictorum et ea in partem infringere minuere vel totaliter nullare. Quibus omnibus legibus iuribus exceptionibus et oppositionibus prefati Iacobus et Angelus conductores per se et eorum heredes et successores in eadem nostri presentia voluntarie renuntiaverunt expresse et pro predictis omnibus et singulis supradictis firmiter adimplendis et de non contraveniendo ambe partes, ipse videlicet dictus

Antonius locator et dicti Iacobus et Angelus conductores, una videlicet pars in alterius manibus et similiter altera in alterius ad invicem iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis predicta omnia singula vera esse ipsaque adimplere et inviolabiliter observare prout et qualiter superius sunt expressa et particulariter declarata et presens publicum continet instrumentum Quod scripsi ego prefatus Eustasius publicus ut supra notarius qui predictis omnibus et singulis vocatus et rogatus interfui et meo solito signo signavi subscriptione mei qui supra iudicis et nostrum predictorum subscriptorum et subsignatorum testium qui similiter predictis omnibus vocati et rogati interfuimus subscriptionibus et subsignationibus debite roboratum.

1

Ego Iacobus Loysii de Angelis regius qui supra ad contractus // (367v) iudex predicta fateor et me subscripsi

Ego dompnus Marianus Augustini de Cassano qui supra testis testor

go Thomasius Loysii de Sinercha qui supra testis testor

Ego Gaspar de Alemo qui supra testis testor